



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

V. Quartum argumentum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

PROPOSITIO IV.

Matth. 15. 45. fit ut ad Novi Testamenti Scriptores nobis decurrendum sit. Matthæo ergo sententiam hanc: *Tunc justi fulgebunt sicut Sol in regno patris eorum*, subministravit istud comma libri Sapientæ: *Fulgebunt justi, & tanquam scintilla in arundineto discurrent*. Istud vero: *An necc̄it quoniam sancti de hoc mundo judicabunt?* mutuatus est Paulus ex eodem Libro, in quo legitur: *Judicabunt justi nationes*. Et hoc etiam Pauli: *Fidei Enoch translatus est, ne videret mortem, & non inveniebatur, quia translatus illum Deus: ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo, ex illo ortum est: Placens Deo factus est dilectus, & vivens inter peccatores translatus est*. Et ictud Epistolæ ad Ephesios: *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignes extingui, & galeam salutis assumere, & gladium spiritus, quod est verbum Dei, detortum est ex illis: induit pro thorace justitiam, & accipiet pro galea iudicium certum; sumet scutum inexpugnabile, aquitatem; acut autem duram iram in lanceam*. Sed & illud Sapientæ: *Candor est enim lucis eterna, & speculum sine macula Dei majestatis, & imago bonitatis illius, que de Sapientia ipsa pronuntiavit Salomon, ita retulit Paulus: Ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii glorie Christi, qui est imago Dei: & alibi: Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creatura: rursum: Qui cum sit splendor gloria, & figura substantiae ejus. Istorum etiam Pauli: *Invisibilis enim ipius à creatura mundi per ea quæ facti sunt, intellecta conspicuntur, sempiterna quoque ejus virtus & divinitas, ita ut sint inexcusabiles, hæc est origo: Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, & de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere cum qui est, neque operibus attendentes agnoverunt quis esset artifex*. Denique ista clausula libri Sapientæ: *Sed & figulus mollem terram premens laboriose singit ad usus nostros unumquodque vas, & de cedro luto singit que munda sunt in unum vasum, & similiter que his sunt contraria: horum autem vasorum quis sit usus, iudex est figulus; hanc Paulo suppeditavit: An non habet potestatem figulus lui ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?* His adde Catholicam Barnabæ Epistolam, quæ hæc afferit è libro Sapientæ: *Væ anime iniquorum, qui dicunt inter se: Circumveniamus justum, quia insuavis est nobis. Adde & priorem Clementis ad Corinthios Epistolam, cujus hæc verba sunt è libro Sapientia de promota: n̄ ēp̄i ἀντό, n̄ ēm̄inōt, n̄ ēd̄v̄n̄t̄r̄ūt̄ r̄ō z̄eḡt̄ r̄ īḡōt̄ d̄r̄ō; Quid dicit ipsi, Quid fecisti? an quis resiliet robori potentie ejus? Adde & Constitutiones ejusdem Clemens nomine inscriptas, quæ hæc indidem petita usurpat: Ἀγλαῶν Ἀρχὴ εὐτελοῦ. Justorum anime in manu Dei. Merito ergo de libro Sapientæ sic disserit Augustinus: Ubi & illud testimonium ponit de libro Sapientæ: Raptus est, ne malitia immutaret intellectum ejus. Quod à me quoque possum fratres iſos ita respūsc̄i dixiſt̄, tanquam non de libro Canonico adhibitum, quāsi & excepta hujus Libri attestatione res ipsa non clara sit, quam volumus hinc doceri Que cum ita sint, non debuit repudiari sententia libri Sapientæ, qui meruit in Ecclesia Christi de grado Lectorum Ecclesie Christi tam longa annostate recitari, & ab omnibus Christianis, ab Episcopis, usque ad extremos Laicos fidèles, penitentes, catechumenos, cum venerazione divine auctoritatis audiri. Hæc retulimus ad confirmandam Libri hujus dignitatem adversus ætatis hujus Heterodoxos, qui eam convellere magno conatu adorti sunt.**

*Refelluntur
argumenta
Adversario-
rum.*

*Primum ar-
gumentum.*

*Secundum ar-
gumentum.*

IV. Horum argumenta à multis sepe obtrita, iisque præsertim qui controversias de religione quæſtiones ventilandas suscepérunt, ea quæ de libri Sapientæ scriptio-
ne, collectione, interpretatione, & ætate proposuimus sententia discutit ipsa per se &
retundit. Nam primum afferunt nonnulla Veterum testimonia, qui à Salomone li-
brum Sapientæ scriptum fuisse negant; ac merito quidem, si Liber ille significetur,
qui supereft ad hanc diem; nam erit doctrina ipsa ac sententia sunt Salomonis, or-
do certe, contextus, ac compositio sunt alterius.

V. Plura etiam proferuntur Patrum testimonia, qui à Canone librum Sapientæ
segregant. In Esdrino quidem Canone propter cauſas à me expositas locum non
habuit. At defectum hunc farſit demum Ecclesia Christi.

